Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8133
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



fit solaris sive lunaris tunc numera primum versum per digitos
usque ad mensem quem queris exclusive et si vis istum mensem
habere pro solari tunc numera secundum versum ad ultimum articulum et patet
dies Sed si vis habere pro lunari sumeterium et fac idem
et patet idem Sciendum quod primus versus ad mensium
nomina deserviens deservit duodecim mensibus solaribus
lunaribus autem 13 et assignatur talis causa quia in anno
habemus 13 lunationes nomen mensis solaris dicitur igitur
quia sol in tot diebus pertransit unum signum lunaris
dicitur quia luna in tot diebus revertitur ad solem Tunc
sequitur versus in quibus annis sunt 13 lunationes vel menses
lunares In hoc versu vide si literam anni cycli antiqui
alicubi invenies et sequitur versus in quo declarabitur

Vis est gravatus karitas nisi quis similatus

In hoc versu vide si literam anni cycli antiqui alicubi
invenies in primo dictionis tunc illo anno habebis
13 lunationes et illa 13m lunatio debet locari in